estimari ex ipso visu certo pōt. Agrestia enī in aquatica cōuertebant. ⁊ quecūqꝫ erant natantia. in terra transibāt. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem et aqua extinguentis nature obliuiscebat. Flāme ecōtrario corruptibiliū aīalium nō vexauerūt carnes coambulantiū: nec dissoluebāt illā que facile dissoluebat sicut glacies bonā escaꝫ. In oībꝰ enī magnificasti ꝓplm tuū dñe. ⁊ honorasti. ⁊ non despexisti. in omni tempe ⁊ ī omni loco assistens eis.

Explicit liber Sapientie. Incipit prologus libri Jesu filii syrach qui Ecclesiasticus appellatur.

Multoꝝ nobis ⁊ magnorum per legem ⁊ ꝓphetas aliosqꝫ q̇ secuti sūt illos sapiā demonstrata ē: in quibus oportet laudare israel doctrine ⁊ sapie causa: qꝛ non solū ipsos loquētes necesse est esse peritos: ſ etiā extraneos posse ⁊ discētes ⁊ scribētes doctissimos fieri. Auus meus iesus postqꝫ se amplꝰ dedit ad diligētiā lectionis legis ⁊ ꝓphetarū ⁊ alioꝝ libroꝝ qui nob a parētibꝫ nrīs traditi sūt. voluit et ipse scribere aliq̇d hoꝝ que ad doctrinā et sapiam ꝑtinēt: vt desiderātes discere et illoꝝ periti fieri. magis magisqꝫ attendant animo. ⁊ cōfirmēt ad legitimā vitam. Hortor itaqꝫ venire vos cuꝫ beniuolētia. ⁊ attentiore studio lectionē facere. ⁊ veniā habere in illis in quibus videmur sequētes imaginē sapie. ⁊ deficere in verboꝝ cōpositiōe. Nā deficiēt verba hebraica qn̄ fuerint trāslata ad alteram linguam. Non aūt soluꝫ hec: sed ⁊ ipsa lex ⁊ ꝓphete. ceteraqꝫ alioꝝ libroꝝ non ꝑuam habent differētiā qn̄ inter se dicūtur. Nam ī octauo ⁊ tricesimo anno tēporibꝫ. Ptolemei euergetis regis postqꝫ ꝑueni in egyptū. ⁊ cū multuꝫ tpīs ibi fuissem. inueni ibi libros relictos non parue neqꝫ contēnende doctrine. Itaqꝫ bonuꝫ ⁊ necessariū putaui ⁊ ipse aliquā addere diligentiā ⁊ laborē interꝑtandi librū istum. ⁊ multa vigilia attuli doctrinam in spacio tempis ad illa que ad finem ducūt librꝝ istū dare. ⁊ illis q̇ volūt animū intēdere ⁊ discere quēadmodum oporteat instituere mores qui ſm legem dñi ꝓposuerint vitam agere.

Explicit prologus. Incipit liber Ecclesiasticus Caplm I

Omnis sapientia a dño deo est. ⁊ cuꝫ illo fuit sēꝑ et est ante euū. Arenam maris ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi quis dinumerauit? Altitudineꝫ celi ⁊ latitudinem terre ⁊ profundum abyssi q̇s dimensus est? Sapiam dei precedentē oīa quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia: ⁊ intellectꝰ prudentie ab euo. Fons sapie verbū dei in excelsis. ⁊ ingressus illꝰ mandata eterna. Radix sapie cui reuelata est. ⁊ astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientie cui reuelata est ⁊ manifestata. ⁊ multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus. creator omniū oīpotens. ⁊ rex potens. ⁊ metuendus nimis: sedens sup thronū illius. ⁊ dñans deus. Ipse creauit illam in spū sancto. et vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mensus est. Et effudit illā sup oīa opa sua. ⁊ sup omnē carnem. ſm datū suū. ⁊ ꝓbet illam diligentibꝫ se. Timor dñi gloria ⁊ gloriatio et leticia ⁊ corona exultationis. Timor dñi delectabit cor. ⁊ dabit leticiā ⁊ gaudiū in longitudinē dierū. Timenti dñm bene erit in extremis. ⁊ ī die defunctionis sue bñdicet. Dilectio dei honorabilis sapientia: quibꝫ aūt apparuerit in visu. diligunt eam: in visione ⁊ in agnitiōe magnaliū suoꝝ. Initiū sapie timor dñi. et cum fidelibꝫ in vulua cōcreatus est. ⁊ cū



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0561
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG